

www.e-rara.ch

Anatomes Caspari Bauhini Basil. medici & profess. ordina

Bauhin, Caspar

Basileae, [1597]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-9803>

Ode extemporanea ad d. Casparum Bauhinum praeceptorem suum colendiss. scripta a
Paulo Lentulo Rhaeto med. d. Basilea cum discederet

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ODE EXTEMPORANEA
AD D. CASPARVM
BAVHINVM Præceptorem
suum colendiss.
scripta

PAVLO LENTVLO RHAE-
to Med.D. Basilea cū dis-
cederet.

QVEM dic, Melpomene, Virum,
Quem sumis meritis tollere laudibus,
Quem, dic eia age, nunc cupis
Decantare tuo carmine Pieri!
An quem pulvis Olympicus
Victrici Pugilem clarat adorā?
Magnosq; euehit ad Deos?
Herōum anne magis prælia fortium,
Bellacesq; Ducum manus,
Gestis, vel potius multiplicis caput
Hydra, robur & Herculis
Immensum, æolia dicere barbito?
An te quas Babylonia
Lætât Memphis opes, Pyramidum tenet
Celsarum stupor insolens?
An forsan manuum Parrasij, aut Scopæ
Te miracula detinent?
Aut fortè Ismarius nunc animo est tibi
Vates, dulcisono Lyra
Deducens strepitu robora, & inferi
Demulcens rabiem canis?
Quid? forsan iuuenum dicere uis iocos?
Nympharumq; choros leues

):():(

Ductos

Ductos cum Satyris, cārmine Lesbio?
 Quo te, Pieri, quo rapit
 Mens tandem insolito feruida numine?
 Non hæc dicta alijs, virum
 Sed cantare lubet, quem Superi stupent:
 Quo nascente, Polo nouus
 Affulsit, radios, Sol, nitidissimos
 Virtutum vndiq; differens.
 Huc ergo, huc celeres tendite, tendite,
 Quosq; vrget amor, nouam
 Terris progeniem visere Apollinis.
 Hic est, quem sonat vndiq;
 Et succis celebrat fama potentibus:
 Et qui, ceu Epidaurius,
 Monstratur digitis prætereunsiū.
 Quem certum auxilium suis
 Aegroti miseris casibus expetunt.
 Hic ille est Hygiæ sciens
 Bauhinus rutilo sydere clarior.
 Non sic Delos Apollinem
 Cum Xanthi, & Lyciæ flumina deferens,
 Flaua conspicuus coma,
 Festinat Patriam visere candidam,
 Applausu excipit obuio:
 Præsentemq; Deum cernere gestiens,
 Circum turba ruit frequens,
 Nec non iuua adolent vndiq; pingua:
 Vt vultu venerabilem
 Circumfusa cohors vndiq; Ciuiū
 Bauhinum stupet, editum
 Terris eximio munere Cælitum.
 Seu responsa petentibus

Reddens,

Reddens, edoctat pellere pharmaciis
Febres corporibus grauis.
Siue ille ipse suas addere languidis.
Aegris constituat manus,
Doctas Persephonem fallere pallidam:
Siue occulta Tyronibus,
Sublimi in Solio, munera Cynthij,
Artisq; abdita dogmata
Pandat fatidici pectoris & penu.
Siue is per iuga montium
Phœbeam sobolem, aut prata per herbida
Deducens, frutices sacros
Atq; herbas, medicis viribus inclytas,
Commonstret, simul explicans
Vt sit quæq; lues tollere idonea,
Morborum & mala semina.
Siue is visceribus condita detegat,
Membrorum situs edocens,
Hic sedes animæ, corporis arbitra,
Hic arteria, spiritus
Desert viuificos membra per omnia:
Illic irriguo fouet
Artus vena cibo, sanguine turgida,
Cunctas deniq; sedulus
Paruo, subiiciens orbe reconditas,
Lustrandas oculis opes:
Sic pubem medicis artibus instruit,
Vt mox quosq; graues queat
Morbos, artificii vincere dextera.
Nec sic, Caspare, te putas
Sat fecisse, tuus ni quoq; posteris
Existat labor utilis.

Hinc manant grauib. docta volumina
 Tot sudata laboribus:
 Quis nil utilius, nil quoq. clarius,
 Aetas prisca hominum tulit,
 Aut nunc nostra potest cernere doctius:
 Quæ nomen pariunt tibi
 Victurum celebri laude perenniter.
 Cum tot sint igitur tui,
 Baubine, ingenij commoda, tu quibus
 Humanum genus afficis,
 Cur non & meritis laudibus euehant
 Te mortalia pectora,
 Et clarum memorent lumen Apollinis?
 Ac quamquam Clario facem
 Præluere Deo, nil opus, attamen
 Flagentem studio tui
 Me nunc grato animo Pieris impulit:
 Urbis mœnia regis,
 Inuitè, & latices Thespiadum sacros
 Iunctos Rhene ferox, tuis,
 Linquentem, atq. etiam grata sodalium
 Mœsto pectore, pectora;
 Vt quales licuit, tempore tam breui
 Laudum primitias, Lyra
 Inculta, atq. rudi carmine luderem
 Has vultu placido precor
 Et fronte excipias Caspæ amabili.
 Ac dei Rex tibi Cœlitum,
 Longævi vi superes secula Nestoris.

F I N I S.